

---

---

**DISSERTATIO INAUGURALIS**

**MEDICA,**

**DE**

**APOPLEXIA TRAUMATICA.**

---

---

DISSESTITIO INAUGURALIS  
MEDICA

DE

APOLEXIA TRAMATICA:

DEA

ANNUNCIATIONE OMNIJ MUNIMA

EX AUTHORITY ET APPROBATIONE IMPERIALI LONDONIENSIS AVIS

D. GEORGIP BAIIRD T. P.

ACADEMIA MEDICO-CHIRURGICA BRESCIANI

MEDICA

IMPRESA SANCTAE ACADENICÆ consensu ex

nobilitate MAGISTRAE MAGISTRAE DECRAE

Digitized by the Internet Archive

in 2020 with funding from

Wellcome Library

HENRICUS WALTER

SCOTIUS

CHIRURGUS

SCOT. REG. MED. BIRM. SOC.

ANNO ADOLESCENTIA TERRÆ PROLÆTARIAE 1701

EDINBURGH:

EXCUDIBVS GALLIVS CAVELL

1701. EDITIONE MELIORI.

MDCCLXIX

DISSERTATIO INAUGURALIS  
MEDICA,

DE

APOPLEXIA TRAUMATICA:

QUAM

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE REVERENDI ADMODUM VIRI,

D. GEORGII BAIRD, SS. T. P.

ACADEMIÆ EDINBURGENÆ PRÆFECTI;

NECNON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU, ET  
NOBILISSIMÆ FACULTATIS MEDICÆ DECRETO

Pro Gradu Doctoris,

SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS;

ERUDITORUM EXAMINI SUBJICIT

HENRICUS WALKER,

SCOTUS,

CHIRURGUS,

SOC. REG. MED. EDIN. SOC.

---

VIII. Kalendarum Julii, horâ locoque solitis.

---

EDINBURGI:

EXCUDEBAT GULIELMUS CREECH,

Typis Joannis Moir.

MDCCCIX.

СТАНОВЛЕНИЕ ОГРАНІЧЕНИХ  
ДОПУСКІВ

АВТОРУ / ДЛЯ ДИАЛОГІК

1900.

СІМІНІВСЬКА ГІЛЬДІЯ

СІМІНІВСЬКА ГІЛЬДІЯ

9. Т. 22. ОДНА МІСІЯ. ГІЛЬДІЯ

СІМІНІВСЬКА ГІЛЬДІЯ. 1900.



ANDREÆ WOOD,

*ARMIGERO,*

COLLEGII REGII CHIRURGORUM EDINENSIS,

*SOCIO,*

HOC OPUSCULUM,

BENEFICIORUM MEMOR,

OFFERT

HENRICUS WALKER.

To Dr. Rob  
from the Author

DISSERTATIO MEDICA

INAUGURALIS,

DE

APOPLEXIA TRAUMATICA

---

AUCTORE HENRICO WALKER.

---

**A**b omnibus qui artem necnon scientiam chirurgicam excoluerunt, agnoscitur, hujus conditionis investigationem cum summis difficultatibus undique premi quā diagnosi medelæque refert; nam inter encephalon aliasque corporis partes talis est connexus, tantusque consensus, ut nulla symptomata gene-

A

ralia sunt, affectiones naturâ eorum maximè diversas, non indicantia : multùm inter se variant, necnon illis cum aliis commune est sæpe conjunctas atque complicatas fuisse.

Sæpe complicatas esse diversas cerebri affectiones, compressionem, concussionem atque inflammationem, eodem homine perstare, tamen non in certo nec eodem tempore hanc illam sequi, nemo est qui nescit: necon in illis functiones et vitales et animales sæpe sævissime afficiuntur. Viro clarissimo affirmante chirurgisque omni in ævo testantibus, “ Nullum capitis vulnus contemnendum.”—

In hoc opusculo, mihi in animo est quam brevissimè possum, quædam generalia pathologiam tractandi que modum referentia, cerebri commotionis, Apoplexiæ ex aliquo encephalon comprimente atque inflammationis vi externa illatarum notare. Anté tamen quam hoc aggredior, per pauca precor.

Cerebrum \* cranium implet, quod tres vel ut opinantur aliqui duæ solummodo membranæ circumcingunt; quarum interior, pia mater appellata, nihil fortasse nisi textura cellulosa est vasculis sanguineis onusta, nec nisi ad hæc sustinenda alicui usui inservit. Superficiem certissimè cerebri obtegit suas anfractuositates undique intrat, necnon ubique per substantiam ejus delicatissimam, vascula involvit.

Intermedia tunica, cui nomen arachnoidæa, tenuissima nequaquam vasculosa, ubique in superficiem extensa, cerebri in cavitatibus sedem quoque habens, arctè cum illâ membranula conjuncta est, et nisi sufflatione facile demonstranda; virique † cl. in opinione reflexa superficiem centralem periostii (duræ matris) obtegit.

\* Encephalon fortasse potius, quod cerebrum et cerebellum conjunctione partium extantium constituunt.

† BICHAT. *Traité des Membranes*, p. 241.

Densissima tamen omnium dura mater superficie centrali ossium omnino valide connectitur, jamdudumque observationibus medicorum constat, ad functionem periostii interni aptissimam esse; nec hodie anatomici sese ad ejus exponendos motus eosve demonstrandos vexâssent. Nobis in hoc loco notare oportet, connexionem validam inter membranam internam atque externam subesse, et ut postea exponendum, sæpe morbos in illam ab altera communicari.

Structura quod ad diversas cerebri partes equidem minimè ad ejus morborum expositionem confert.—Itaque de hac taceo.

## DE APOPLEXIA TRAUMATICA

### DE CEREBRI COMMOTIONE.



De hoc morbo multùm dissentiunt auctores, nec aliam cum altera sententiæ partem sæpe conciliare possumus; conditio certissimè est cuius natura in obscuro latet, nec unquam fortasse in lucem proditura.

Aliis opinio fuit substantiam cerebri ipsam tremore affici, sed quo in modo et qua ratione hæc concussio illa symptomata producere poterat, ignari fatentur; aliis, ex eadem causa pendere concussionem alterosque cerebri morbos, proutque cito vel serius actionem provocâssent hunc alterumve adesse crediderunt. Attamen nulla explanatio est de cerebri conditione hoc ad usque tempus; nec cadaverum sectiones multùm contulerint ad talem

investigationem, tamen ex illis solummodo scientia et ars nostra promoveri potest: ne quaquam confessione omnium talis cognitio vana, pathologia nam etsi minùs certa morborum curationi multùm adest.

Auctor, cui fidem maximam habemus, de hac re ita notat: “ De la une embranlement “ universel, une compression totale de l’or-“ gane qui est contus, irrite, et où les fluides “ ont des lors de la tendance a se porter \*.” Debilitatem quasi causam malorum esse in diversis cerebri partibus, sine dubio hæc sententia affirmat, tamen minus pro certo constat, si alii auctores rectè judicaverint, et hujus morbi symptomata ex observationibus suis annotaverunt: Aliquibus nam chirurgis nequaquam parvi nominis longè aliter exposita fuissent symptomata. Hæc tamen fallacia, si rectè judico, ut postea nobis demonstrare tentatum erit.

---

\* DESSAULT Œuvres, Chirurgicales par BICHAT, t. ii.

Chirurgi \* hujus morbi gradus duos notaverunt, attamen alius † tertium extare contendit.

Instanter ex ictu aliquâve commotione, injuria illatâ, si haud ex magna violentia oriatur vertigine nauseâ et vomitu afficitur ægrotus, fortasse tamen rebus externis non communicare recusat. Violentia adhuc permagnâ judicandi facultas quasi instanter, sensusque externi abolentur, soporeque vel ut loquuntur Græci *ἀποπνηξία* afficitur. Vomitu haud sæpe comitata, actiones tamen animales si non cessant, minima nihilominus vi perfunguntur.

Pulsus, secundum clarissimum POTT ‡, aliquando tardescit, sæpe debilis atque intermitens evadit, alias tamen plenus accerrimeque vibrans observatus. Hanc pulsûs conditionem comitantur delirium ferox actionesque maniacæ, illam vero debilitatis saltem oppres-

---

\* RICHTER.

† ABERNETHY.

‡ Chirurgical Works ab EARLE prolat.

sionis sævissimæ signa, dejectiones nam inconsciè peractæ convulsivæque motus lethales prænunciant. Si scripta tamen hujus clarissimi viri comprehendere possim opinor; affectiones, inter se maxime diversas illa symptomata denotare, vel si non morbos prorsus diversos, attamen ejusdem morbi gradus valde distinctos clare enunciant. Aliter exposuit alter; **DESSAULT**\* debilem at mollem, necnon **ABERNETHY** † spectatissimus, mollem et intermittentem denotat.

De hac re multùm scripserunt minime tamen rimati sunt auctores. Hocne ex difficultate undique premente diagnosin hujus ab alio morbo, præcipuè fortasse ex dissectionibus minime accuratis, occasionibusque commotionem cerebri nulla complicatione contemplandi rarissimè sese ferentibus, pendet? Non mei inter eos vel confirmare vel resolvere, sed quando de diagnosi memoro de hac

---

\* Loco citato.      † Loco citato.

re disputatum erit. Nullis adhuc signis nisi fallor hunc morbum ab aliis dignoscere possumus; itaque stuporem ex ictu, sive a commotione, sive compressione adesset, Apoplexiā Tramaticā \* appellavi. Respiratio anxia saepe summa difficultate peragitur, nec non ab imo pectore aer expellitur, attamen ex hac functione nullam opinionem nobis fingere possumus. Ni fallor rarissime stertore comitata, horis tamen primis anxiam esse credo.

Iris nunc contrahitur, attamen saepe non nec raro mobilis est, ægrotusque externis maxime stimulantibus excitatur. Loquendi facultas abest, attamen et oculis signisque aliis, manuum motibus nempe, eos malos esse demonstrant, haec observavi ex ictu aliave violentiâ externa, cum nullo stupore Apoplexiæve signis comitata, atque in his nisi fallor prognosis fere semper fausta evadit; equidem delirium adfuit, signa tamen typhomaniam vel febrem violentam denotantia abfue-

---

\* Genera morborum præcipua definita a CULLENO.

runt: postremo, pedibūs calore absente cum paralysi hujus illiusve partis, fortasse totum per corpus diffusa, certis functionibus inconsciè peractis, demumque convulsionibus dirissimis agitatur æger. His symptomatibus, cum nulla alia complicatione, plerumque ab auctoribus cerebri commotio notatur; hæc quoque, prout sævissimâ levioreve concusione inducta essent, variant.

Semper a nobis supra notatum fuit eventum bonum proferre, quando citissimè ex ictu delirium sese manifestabat; haud ita tamen si temporis intervallo accidisset, febreque comitatum fuisset. Si stupor aliquâ reactione persecutus sit partem secundam certissimè tamen faustissimam morbi constituit. Pulsus acceleratur atque actio vasculorum violenta per cerebrum patet, quæ et pulsus arteriarum facieique rubor testantur; hæc comitantur respiratio magis libera, sensibilitas rediens, calorque auctus.

De hujus morbi causa chirurgus hæc verba notat: “ It follows a fall on the breach, as

" well as a fall on the head ; it has proceeded  
 " from a fall on so yielding a fluid as water."

Multum inter se differunt hæc alteraque affectio, necnon observationibus chirurgorum remedia omnino diversa postulant. Talis opinio cl. ABERNETHY testante validissime constat, rebusque sic stantibus ut supra dictum, in stadiis diversis symptomata locare amat hæc que aliorum auctoritati maximè convenit. *1mo.* Inquit ille, quærenti cum difficultate respondet ægrotus, insensibilitate pulsuque debili perstantibus; anxia fit respiratio, postremò apoplexiæ omnibus signis comitata. *2do.* Externis excitatur, calore redeunte, pulsuque plene vibrante arteriarum precipue colli, cum vomitione, alterum stadium inducitur. His perstantibus additur delirium, encephali affectionem, saltem actionem excitatam vasculorum plane demonstrans. Affection oculorum et alia hanc certè indicant.

Nobis semper scire oportet, hanc illam conditionem incerto temporis intervallo sequi : aliquando sensibilitas intervenit, frequentissimè tamen res aliter sese habet, et hanc illam affectionem persequi credo.

An omnino ad cognoscendum morbum hæc semper valeant, nescio, at nequaquam nobis restat ex multorum experienciis vel negare vel confirmare in toto ; hoc tamen notare liceat, quando ab aliis dignoscitur hic morbus, maximè ad curationem necnon symptomatum rationem veram habendam conferret.

Non negandum certa tantummodo ad dignoscendum generalia habere. Nam in omnibus diversitas talis adest, ut paucis verbis nequaquam delinienda, de qua Cl. POTT ita apte notat ; “ the peculiar circumstances of “ each individual case, must furnish direction “ to the practitioner for his particular con- “ duct. Rules to be laid down by a writer “ on such subject can only be general.”

An ex supra dictis concludere licet vim Generis Nervosi imminutam esse? Nonne sensus motusque læsi, respiratio et convulsiones hanc sine dubio indicant?

*Dissectiones Cadaverum.* Non antiquorum scripta me perscrutari confiteor, attamen chirurgi fere omnes hodie profitentur sese nihil præter naturam in cerebro invenire posse. Hoc ni fallor pendet ut supra dictum ex difficultate cerebri morbos investigandi, fortasse, attamen ex certa conditione cerebri de cuius natura ignari sumus. Quæcunque tamen sit ista conditio, et quibuscunque partibus sedem habeat, nobis non oportet notare: sat erit, si effectus concussionis exponere possimus.

Chirurgorum hodie opinio est, si scripta intellegere possim, ex violentia debilitatem in cerebrum induci, saltem vasculorum actionem persequi jamdudum aliis observatam, omnibusque in corporis partibus, et hanc ex vi illa insigni in scholis medicinæ per secula agitatâ atque Naturæ Conservatrix appellatâ.

Rem ita se ferre, testantur Apoplexiæ indicia, encephali actiones auctæ, cadaverum dissectiones in stadio morbi secundo aliaque ibi non declaranda.

His præmissis, opiniones quæ mihi sunt de hac conditione cerebri notare liceat ; commotionem cerebri certam esse conditionem Generis Nervosi, de cuius natura quasi cœusa proxima nescio : attamen naturæ certa lege, (et de tali actione sœpe consciî sumus,) certas actiones excitat ad vitam animalisque salutem tendentes. Hæ undique per corpus diffusæ stadium secundum constituunt ; postremo sequitur febris ex irritatione, severa semper, sœpe infausta.

Ex his oriuntur indicia inter se diversa et supra memorata, sœpe minime Apoplexiæ signis dissonantia, quæ ad notanda nunc titulo compressione aggredior.

*DE COMPRESSIONE.*

Si ex aliquo cerebrum comprimente, sit vel sanguine ex vasculis effuso, ossiculis aliqua in parte depresso, vel pure ex inflammatione præsente, sensus motusque læsi fuissent, Apoplexia medicis vocatur, notisque plurimis et diversis ab aliis morbis dignoscitur.

Pulsus tardus, amplissimus minimè tametsi vibrans. Respiratio nunc stertore comitata tamen hæc sæpe abest, fere semper quidem haud sine difficultate peragitur: functionibus animalibus semper omnino cessantibus, ab aliis morbis ni fallor distinguitur: paralysis et convulsio adsunt, nisi quoque manus admoveatur, mors citò accidit.

Memorare tamen oportet, frequentissimè ex ictu instanter quasi adesse symptomata, pupillæ dilatantur, immobiles ferè, nulli equidem maximè stimulanti contrahentes at-

tamen fortasse nec iridum immobilitas nec pulsūs nec respirationis conditio, equidem vel singula vel in conjunctione hunc morbum clarè denotant: de hac re tamen postea dicendum.

A medicis observatum fuit, ferè semper causam cerebrum comprimentem paralysin alio in latere efficere: hanc me judice quoque ex casibus a D. POTT prolatis satis constare, nec aliter ni fallor credendum, tametsi e contrario raro accidere testantur observationes Doctoris BAILLIE \* aliorumque medicorum.

Os cerebrum sæpe comprimere nemo dubitat, omniaque signa Apoplexiæ producere posse. Attamen, et aliam esse causam naturâ pessimam, lethalem sæpissimè, sedem quoque habentem aliquâ in parte cui nulla

---

\* Morbid Anatomy.

remedia applicanda; hanc sanguinis effusio-  
nem esse omnes profitentur.

Non facile credendum quām longè late-  
que perstet ex osse compressio actione mentis  
illæsa, haud ita est tamen aliis functionibus,  
vitalibus præcipuè; hujus mihi nequaquam in  
primo tentamine causas exponere decet, sæpe  
tamen observavi, auctoritateque medicorum  
constat.

Quando cerebrum certa ossicula impri-  
munt, certè satis manifestæ sunt indicationes  
modusque curandi: e contrario tamen, nec  
magnâ violentiâ membranarum textura cor-  
rumpitur, crux effunditur, nec ex vasculo-  
rum fibrillis solummodo, truncis etiam, et  
Apoplexiæ mors subitò sequitur: hocque  
in omni parte cerebri occurtere potest ra-  
tione \* extensionis injuriæ, indeque dirissima  
vel leviora symptomata adessent.

---

\* "Every cause," inquit D. J. Bell, "which af-  
fects the brain universally through all its parts, as con-

Postremò sævissima manifestant convulsiones, delirium, tamen non ferox, collabuntur functiones, pulsuque maximè citato vita terminatur.

Arteriæ meningeæ lacerationes atque effusionem ex tali causa lethalem fuisse, testantur dissectiones : effusionem quoque fracturæ cursum transire semper in mortuis observavi ; talis tamen extravasatio minime ad necem tendit, rarò equidem ex tali causa obeunt. \*

Effusionem in Basi Cranii observatam esse testantur chirurgi, sive hæc ex structura atque connexione membranarum, sive fracturâ

---

“ gestion of blood, a general suffusion of its substance,  
“ interrupts and disorders its functions ; while a partial  
“ depression, as that proceeding from a depressed bone,  
“ extravasated blood, or any thing external to the brain,  
“ affects its functions very slightly, unless the compres-  
“ sion be local, and such as to cause death.”

Vide Principles of Surgery by J. BELL.

\* DESSAULT, Loco citato.

in illa parte, adesset; heu! nullis remediis sublevandam.

An certè hunc morbum ab illo dignoscere possumus?

Nulla quæstio fortasse arte chirurgica magis valet, majoreve vehementia agitata fuit: attamen ex observationibus aliorum haud multùm pro certo constat. Alii credunt nos certiores esse de hac re, prout citò vel serius accèssit stupor; si citò illam, si tamen seriùs hanc conditionem indicari crediderunt: equidem ut diagnosi multùm conferret nequam contemnenda est: at sæpe has affectiones conjunctas atque complicatas esse nemo dubitat, nec itaque ex hac re certius determinare potest, nam ex obitu certi temporis intervallo, signa effusionem notantia fallacia fuisse auctoribus\* testatum.

---

\* Petit.

ABERNETHY, pulsum debilem, acceleratum aliquando intermittentem statuit, utque nobis supra notatum, in progressu morbi consilium omnino dissimile exhibens, illo tamen agnoscitur equidem summâ difficultate hanc ab illa affectione dignoscere possumus.

Dum de diagnosi tentatum, operæ pretium duco, notare, compressionem diversis symptomatis comitatam aliquando existere. 1mo, Sensibilitate quodammodo perstante, quærenti tamen difficultate respondet, æger; nequam movendi facultas abest, progredienti tamen morbo stupor accidit: 2do, Ab initio symptomata dirissima fuissent, motus animales cessant, functionesque omnes opprimuntur, per totum paralysis adest, cum respiratione difficiili, nec nisi ab imo pectore sæpe que sonora peracta: 3tio, Pessimum indicant faciei muscularum convulsiones dum alios occupat paralysis: hoc tamen nec descriputu facile, heu! satis, semper signum lethale. Hæc symptomata bis observavi in utrisque

cranii fissura sellam turcicam percurrebat, effusioneque larga sanguinis comitata fuit.

Tyroni satis manifeste patet, hæc symptomata nullo modo sublevanda.

His præmissis opinor, difficillimam esse hanc ab altera conditione dignoscere.

*DE CEREBRI INFLAMMATIONE.*

Quando de cerebri commotione tractatum fuit notabam, inflammationem partes membranaceas encephali, actionem saltem per auctam illam conditionem persequi, cuius diagnosin tractandique methodum difficilem fuisse credo, nequaquam tamen comitari signis infauste tendentibus.

Chirurgi clariss. POTT opinio fuit ex inflammatione cerebri fere omnes obire, sententiaque huic minimè contraria, ex injuriis capititis, ni fallor, omnibus patet.

Dolore in aliqua parte encephali, tensione pulsanti quasi chordâ cerebrum arctisimè circumcinctum erat, aliquando tamen nulla admodum vehementi dolore (prout hæc alterave membrana inflamata sit) dignoscitur. Pyrexia semper, sæpe sævissime patet. Delirium ferox tantummodo sæpe typhomania adest, semper tamen perstat affectio mentis: Erythema in faciem extensum sæpe quidem observavi, semper equidem symptomatibus minime tamen prognosi mutationem inducens.

Incognito tempore ex injuria illata hominem inflammatio afficit, utque supra memoratum commotionis stupori cedenti felicissime accedit: aliquando raro equidem lucido intervallo.

Ex ictu sæpe longo intervallo, ibique semper infeliciter, adoritur inflammatio, actionem provocat, et sæpe nisi ex eventu a febre nervosa statuitur, necnon medicis confundi potest; hujus exemplum apud

POTT repertum est, plane indicans quantum medicorum est scientiam chirurgicam excolere ex dissectione cuius pauca sub-jungere precor. "Under the middle part of the former bone, the dura mater was dis-coloured and sloughy; this discoloured part I opened with a lancet, and let out near a tea-spoonful of matter, which matter lay between the meninges." Talia si recte judico sese mihi manifestabant, alteri febris (typhodes) sine dubio cito ex ictu, alteri diem circa vigesimam inflammatio lenta accidebat, consilioque antiphlogestico securè terminabatur.

Nonne ex his, opinionibus Doctoris CLUTTERBUCK convenire licet \*?

Altera tamen, necnon dirissima inflammatio sæpe convalescentes abripuit, secundaria

---

\* Omnes scilicet febres ab inflammatione encephali originem ducere. Vide Inquiry into the nature of Fever by HENRY CLUTTERBUCK, M. D. &c.

appellata, die septimâ usque ad sexagesimam adoriens: vomitu aliisque infaustis vexatur ægrotus, cæteraque inflammationem cerebi membranarum notantia adsunt, protinus ad Apoplexiā et convulsiones lethales tendentia: itaque, dicunt antiqui, caveatur ad centesimam usque diem.

Sæpe in parte aliqua cranii integumentorum decoloratio patet, tumida fit in suppurationem abiens atque ex dissectione, separatio periostii interni, (Duræ Matris,) in lucem prodit; semper in opinione cl. POTT, hanc conditionem illa tumefactio externa indicat osque, ut putat emortuum. Hæc tamen ex aliorum necnon chirurgorum cl. observationibus minimè constat, illam scilicet tumorem externum, duræ matris conditionem morbidam indicare; vulnera si adsint minimè purulenta fiunt, a sanie et lymphâ obteguntur suisque verbis, “ the lint with which it is dressed, instead of coming off easily, as in a kindly suppurating sore, will stick to all parts of it.”

Attamen rem semper ita sese habuisse negat **DEASE**\*, nam, nec vulneris conditionem nec tumorem elasticum, separationem inter membranas et os, nec e contrario denotare, contendit.

Si recte judico mihi magis progredi convenient, nee opiniones inter se tam diversas in gratiam reducere, conari: at notare restat non ita arctissime actionibus suis connectuntur istæ membranæ, nam tabulam osseam externam carie affectam esse, omnino tutâ internâ observavi.

Adhuc tamen vel ad confirmandasve refellendas D. POTT assertiones causam ad amplissimam experientiam referre decet, utque litigatur taceo; dummodo tamen ad rem practicam conferre posset nequaquam con-

---

\* Wounds of the Head.

temnenda est semper tamen præscius nullam erroris opinionem expertem esse.

Nec minùs experiens D. ABERNETHY fides adhibenda; in tali nam casu externam ossis superficiem radendo, conditionem internam membranæ accuratissimè enunciabat; nam modo hemorrhagia abfuit extensionem mali internam se detexisse affirmat: hanc notam equidem accuratissimam perpaucis solummodo casibus exposuit.

Omnes agnoscent puris formationem indicare rigores, at in hac cavitate haud aliquid purulenti est, sæpius effusio omnino glutinosa extat, ut ab inflammatione semper oritur in aliis corporis cavitatibus; necnon effunditur serositas ex inflammatione in omnem cerebri partem præcipue tamen cavitatem arachnoideæ, et ad imam cranii tendens.

Quæstio famen adhuc restat nequaquam responsu facilis, quæ scilicet effusionis sedes qualisque sit? equidem opinor haud magni

momenti erit talis responsio quando ex inflammatione, haud ita tamen si ex sanguinis effusione oriatur. Sæpe in basi cerebri inventur, haud tamen certus sum si ibi ex actione vasculorum effundatur.

Hac parte ad finem perducta notare tamen restat, tantam esse complicationem ex injuria cæterisque, cum difficultate alteram ab altera conditione distinguere posse, quoque ex functione partis illæsæ, artem nostram minime ad morbum allevandum convenire.

### *MEDENDI CONSILIA.*

Mihi in animo est, 1<sup>mo</sup>, De remediis ad symptomata generalia: 2<sup>do</sup>, Localia allevanda tractare.

1. *De Sanguinis Emissione.*—Chirurgis diu multumque disputatum si venæsectio capitis injuriis omnibus adhibenda sit, quibusve in casibus utilissima esset: equidem hoc us-

que die rei practicæ expositione multùm dissentunt auctores: alio loco memoratum est summa difficultate commotionem atque compressionem cerebri dignoscere possumus; in illo, morbi initio, non sine magno incommodo evacuandus est sanguis, hōc tamen multùm talis evacuatio symptomata allevat. Minimi tamen momenti fortasse talis distinctio, nam e pulsus conditione solummodo hujus fluidi evacuatio indicatur.

Progressu tamen morbi (commotionis) quando actionis violentæ signa comitantur, pulsu plenè vibrante carotideo præcipue, certissime larga manu detrahere decet: ex effectibus ejus judicamus si repetitione opus esset, nam si feliciter detractus fuisse, pulsus quā abundantiam spectat, fit auctus, atque respiratio cum facilitate peragitur.

Ex certa similitudine inter hunc morbum atque syncopen non mirandum eadem remedia proposita atque adhibita fuisse, scilicet valde stimulantia ad vim vitæ revocan-

dam, attamen initio morbi stimulantia cautissime adhibenda sunt, nam versus finem evacuationes hæque larga manu requiruntur.

Haud multùm valet fortasse ex quā vena profluit sanguis, si tamen e collo, symptomata summo cum effectu allevantur: Notandum solummodo evacuationem generalem indicare ex febre symptomatica vehementissima, et ut postea dicendum melius e partibus vicinis instituendam esse.

*De Remediis Purgantibus.*—Semper adhibenda sunt purgantia: ex his remedia optima habemus, non solùm ad alvum ciendam, sed etiam ad usque catharsin. Enemata ex sena confecta efficacissima, primisque horis administranda sunt; nam quando ex commotione Apoplexia omnino pendet sæpe summo bonô adhibentur, semper tamen memorandum omnes evacuationes initio hujus cerebri conditionis evitandas saltem parcè instituendas esse.

xxx DE APOPLEXIA TRAUMATICA.

*De Remediis Diaphoreticis.* Hæc evacuatio medicis certe multum adjuvat et quando inflammatur cerebrum, nunquam contemnenda. Optimum esse opinor tartritem antimonii parvis in dosibus assumptam: semper remediis aliis conjungi debet, tali in quantitate danda ad nauseamve alvum cierdam. Multum a BROMFIELD commendatus fuit pulvis Doveri larga manu adhibitus in illa injuria concussionem sequente\* de hoc remedio tamen, nunquam effectus a me observati fuerunt ideoque taceo.

*Remediis Stimulantibus.*—Antea de his agebam quando de venæsectione tractatum fuit. Semper in mea opinione talia remedia non solùm inutilia fuisse, vero equidem nocere opinor; initio morbi equidem symptomata, debilitatem indicantia adsunt, hæc tamen cito

---

\* Chirurgical Observations and Cases by WILLIAM BROOMFIELD, Vol. I.

actio vasculorum aucta sequitur. Stimulanta itaque nequaquam adhibenda sunt, nisi summa debilitas ad necem tendens adesset. Nequaquam iste medicus contemnendus est qui minimè materiæ medicæ farraginem excoluit, sæpe in arte chirurgica constat, nihil agere multum morborum curationi conferre.

II. *De Terebratione.* Hæc operatio nequaquam difficilis, attamen sæpe dirissimis persequitur, semper itaque consilium est solummodo instituendum ex sæva necessitate. Multum ab antiquis commendata fuit, et POTT, ipso testante, fere omni in casu feliciter instituta fuit.

Certa tantummodo generalia in hoc loco in animo est indicare, nam ad amplè tractandam res volumina postulat.

Observationibus chirurgorum constat, sanguinem sæpe effusum esse ab osse fracto raro

tamen, ut supra a DESSAULT notavi, ex tali eventu homines obire talemve effusionem terebrationem postulare. Certè tamen quando latius exstet malum, hoc consilium plane indicatur.

Os cerebrum comprimens ut cavitatem minuat semper si longè patet elevandum; at tamen D. ABERNETHY experienciis constat si tantum per breve spatum perstat, commodissime negligi potest, exemplisque ad suas opinionis illustrandas scripta præbent. A DESSAULT quoque in Nosocomio (Hotel Dieu) talis operatio rarissime peracta fuit, ab illo que affirmatur semper equidem beneficio: nos tamen observare decet solummodo ex symptomatibus levioribus hanc opinionem habendam esse. Quando aliter sese habet certe consilium alterum habemus, nec ex his solummodo sæpe ad rem practicam propriam nosmet dirigere possumus.

An ille tumor externus nuper memoratus usum terebræ indicat?

De hac re me nescire profiteor; certe dubium est, ut exempla a D. DEASE prolata satis demonstrant. Si tamen symptomata mala adessent, certe ni fallor peragenda est et chirurgo peritissimo tale consilium maximè advocanti equidem consentio. “ I do “ not say this operation would have saved “ him; but still it was the only thing that “ could be done for him. \* ”

Et alia sunt expositione dignissima nunquam mihi tamen hæc cernere opportunitas fuit ideoque taceo.

*Evacuatione Topica.*—Omnibus quibus vænæ sectio, hæc evacuatio quoque indicatur semperque copiosè administranda est: capiti hirudinibusve scarificatione applicandis.

*Vesicatoriis.*—Vesicantia fortasse capiti ipsi nunquam applicanda sunt, non quod nocere,

---

\* Loc. cit. p. 60.

effectus tamen aliorum efficacium prævenire possunt.

*Applicationibus Frigidis.*—Hæ sæpe capiti admotæ effectus dirissimos præcaveant nunquam igitur negligendæ sunt. Concius quidem, a quo hæc res practica originem ducebatur, non sum; chirurgus a Germania tamen his summo cum effectu utebatur.

FINIS.